UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae, Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de Liesse dictam effulsere

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Maritus & vxor mirabiliter à morte præserua[n]tur voto B virgini facto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59700

Visual Library

nec non vt eidem pium aliquod obſequium exhiberet.

MARITVS ET VXOR MIRABILIter à morte præſeruantur, voto Beatæ virgini facto.

CAPVT XVIII.

DVo coniugati magno cum feruore & animi deuotione Camberonam nudis pedibus venerant. Maritus narrabat ſe in ſtrage cædeque grauiſſima, quæ in Anglia facta eſt, à die ſacramenti ad diem vſque ſabbati ſubſequentis, cum plurimis alijs intra colloquias latitaſſe non ſine extremo vitæ periculo. Intereà namque temporis ſæpius audiret hoſtem conſcendere gradus loci in quo latebant, eos, ad necem quærentem. Quam ob cauſam iam extremum vale vxori dederat, ibi quacunque hora perſuadens ſe ad mortem pro certo raptandum, quando ſpiritu diuino inſtigatus & monitus feruidè admodum B. Virgini Cameronenſi ſeipſum fecit peregrinum, promittens vbi mare tranſmeaſſet nunquam ſe carnibus veſciturum, niſi primo ædiculam ſuam viſitaſſet. Vbi autem eò venit, affirmauit ſe illa ipſa hora, qua putabat ſe ferro impiorum necandum, Virginem benedictam vidiſſe, quæ, vt ipſi videbatur, eum proprio ſuo pallio inuoluit, ſicque inuolutum, à morte præſeruauit.

NAV-